Laibach/Ljubljana, 1296

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



cxxxvii

Lauda sion saluatorem lauda ducem et pastorem in ymnis et canticis. Quantum potes tantum aude quia maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis uiuus et uitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cenae turbae fratrum duodecim datum non ambiguitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim sollempnis agitur in qua mense prima recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis nouum pascha nouae legis phase ueteris terminat. Vetustatem nouitas umbram fugat ueritas noctem lux eliminat. Quod in cena xpus gessit faciendum hoc ex precepto in sui memoriam. Nocte sacre institutionis panem uinum in saluatis consecramus hostiam. Dogma datur xpianis quod in carnem transit panis et uinum in sanguinem. Quod non capis quod non uides animosa firmat fides preter rerum ordinem. Sub diuersis specie bus signis tamen et non re bus latent res eximie. Caro cibus sanguis potus manet tamen xpus totus sub utraque specie. A sumente non conci sus non confractus non diuisus integer accipitur. Sumit unus su munt mille quantum isti tantum ille nec sumptus consumitur. Su munt boni sumunt mali sorte tamen inequali uite vel interitus. Mors est malis uita bonis inde panis sumptionis quam sit dispar exitus. Fracto demum sacramento ne vacilles sed memento tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus uiatorum vere panis filiorum non mittendus canibus. In figuris prefignatur cum ysaac immolatur agnus pascha de puta datur manna patrib. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac uidere in terra viuentium. Tu qui cuncta scis et uales qui nos pascis hic mortalis